

Annis completi	g	m	z	3	4	5
1000	10	0	24	39	27	5
300	3	0	7	23	50	7
60		136	1	28	46	1
4		12	24	5	55	4
dies 304			29	59	0	49
dies 8	1	1		47	20	33
	13	39	28	24	19	39

nis 300. & completis exhibentur grad. 3. m. primum 0. secunda 7. tertia 23. quarta 50. quinta 7. Rursus ex eadē tabula cū Rhomanis & completis annis 60. emergunt minuta prima 36. secundum 1. tertia 28. quarta 46. quintū vnū. Cum 4. deniq̄ Rhomanis & perfectis annis eliciūtur minuta prima 2. secunda 24. tertia 5. quarta 55. quinta 4. Demū cum diebus 304. completis & respondentibus temporī decem mensium anni non bisextis Iis, ex tabula eorundē mensium prodibunt minuta secunda 29. tertia 59. quartū 0. quinta 49. postremo cum diebus 8. ex prima tabula huius æqualis motus fixorum siderum depromuntur tertia xlvi. quarta xx. quinta xxxiii. in prima namq̄ tabula dies prima sunt, atq̄ tandem fiat numerorū congregatio p̄dicta quorumlibet s. numerorū ad suū gen⁹. Pari modo ad quodcūq̄ tempus datum ex hac secunda tabula æqualis fixorum siderū motus leuiter & succinctim p̄aberit. Pro tempore itaq̄ ab aera Ptolemæi usq̄ ad annos dominicæ incarnationis 1514. completos elapso id est pro Rhomanis & cōpletis annis 1364. diebus 312. æqualis non erraticarum motus stellarum hac p̄dicta ratione colligitur gra. xiii. m. primorū xxxix. secundorū xxviii. tertiorū xxiiii. quartorū xix. quinto rū xxxix. quod oportebat efficere.

Sciendum deniq̄ est, quod ex prima tabula colliguntur signa physica, quorum quodlibet gradus habet lx. & sex signa huiusmodi vnam complectuntur revolutionem seu integrum orbem. Secunda vero tabula perhibet signa cōmunia quorum quodlibet triginta possidet gradus, atq̄ talia signa xii. vniuersum orbem seu integrum conficiunt revolutionē. Quapropter si in p̄dicta motuū aggregatione signa plura creuerint quam